Regnum Servitio militari, ad munimenta ad Evictorem
Velalijs quibusvis dilationibus et legalibus impedi
mentis non differendo ad Quietationem praeterea ultra
proximos Officij praefati Castren. Capitan. Premy
slien. Trnos dilationem sibi non recipiendo nullasque
motiones, Appellationes ac earum prosecutiones
faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel
triplicatis Evasionibus Suspensionibus, fatalijs Ju
ris praescriptione Terri bello Conventioneque ac alijs
omnibus Juris remedijs et defensis non subter
fugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua
praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et
singula mediante.

Ossolinski Capitaneus Petricovien. et Charszewski mutuo sese Quiett.

540 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen
tibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus
Magnifici Georgius de Tenczyn Ossolinski Capitaneus
Petricovien. et Joanna Alexandra de Belzec Con
iuges legitimi ab una et Generosus Joannes de Charszew
Charszewski parte ab altera sani mentibus et
corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Ju
risdictionibusque suis quibusvis proprijs et compe
tentibus recedendo: Praesenti vero Castrensi Ca
pitaneali Premysliensi Jurisdictioni quoad Actum
hunc attinet secum successoribus ac bonis suis genera
liter omnibus totaliter et plenarie incorporando

atque subijcien.

atq Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Conuinx cum praefati mariti sui vti Tutoris Coniugalis personali assistentia et vltroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sese mutuo et inuicem vna Pars alteram cum posteris vtriusq partis de Intercisa certa inter se Recognites ratione Certarum rerum et conditionum, et ratione praecipue Villae bo: nov Jamna et Troyca in eadem Intercisa Contentarum de Actu et data illius Feria Tertia post Festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proximeo Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo Confecta, conscripta, manibus ab vtrinq Subscripta et Actis Terrib Premyslien in Positione Actorum eorundem, cum interpositione Vadij Quatuordecem Millium et Quingentorum Florenorum Polonicalium firmatt et Roborata eiusq Inscriptione Roboratoria Terri Premysliensi ob Sufficientem sibi ab vtrinq praestitam Satisfactionem Quietant, emittunt, dimittunt liberosq et absolutos perpetuo faciunt et pronuntiant. Intercisam praefatam eiusq Inscriptionem Roboratoriam in toto et per omnia Cassant mortificant et annihilant, sibi suisq posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo Silentium. Salua nihilominus Rumatione ad Festa Solennia Paschatis proxime Ventura.

Ossolinskie Fratres Grochowskiemu obligant.

557.